9 et c. in. ij. col. ¶†Et adduci pōt qđ voluit fede. de senis. in cōsi. suo. iiij. icipi. qz talis est et c. in fi. vbi dicit ꝙ cōmissio facta alicui de absoluēdo plures excōicatos expirat morte ɔmittētis quo ad nō absolutos lz cepta sit in aliquibus absolutio: qđ tn̄ fallit fm eū ibi nisi negotiū oim̄ q̄ debuerint absolui sit connexū: qz tūc nō dr̄ expirata. qđ dictum pro notabili refert et sequit̄ do. Phi. in in. c. qm̄. in. iiij. col. de rescri. Et facit gl. in. c. qz in tm̄. extra de prebē. que exten
10 dit dispēsationē ad conexa. ¶†Et facit etiā. nam trāsactio sup forte operatur etiā super pena tāq̄ super cōnexo. fm Pau. de ca. et do. Alex. in. l. ij. in pri. per illū tex. ff. si quis cautio. Et illđ dictū refert et sequit̄. d. Phi. in. c. sup literis. in. xiij. de col. rescrip. vbi etiam dicit ꝙ iurisditio sup principali exercet̄ et extendit̄ ad cōnexa ad qđ allegat glo. in. c. accusatus. in v̄bo indicari. de here. in. vi. quā allegant ad hoc Ange. et Jo. de imo, et. d. Alex. in. l. qui rome i. §. duo fratres. de v̄b. ob. et allegat etiaz tex. in cle. ij. in verbo eas quoquo mo
11 do tāgētib⁹, de iudi. ¶†Et subdit etiā ipse. d. Phi. in. d. c. sup lr̄is. ꝙ liberatio sup principali extendit̄ ad dependentia et cōnexa etiā nō expressa: ad qđ allegat Bar. in. l. aureli⁹. §. gayus. i. vj. q. s̄. de libe. lega. et alia plura adducit ad propositū ibi. domi. Phi. que breui
12 tatis cā nō refero. ¶†Et faciūt etiam dicta p. d. Frā. de arc. in cōsi. suo. xxix. incip. diligēter et c. i. xij. col. i v̄si. his breuiter. et p Jo. de imo. i ɔsi. suo. cxxxix. incip. prefat⁹ in. ij. col. et c. et faciunt q̄ dixi post modernos in. l. si ꝓcurator. C. đ ꝓcu. Et sic mihi vr̄ ꝙ ista distictio bar. non sit vera in illa parte i qua vult ꝙ testis dicat aliqua extra articulū. que etiā faciāt ad cām ꝙ nō valeat qz sup illo nō est iuratus et c. nisi iurauerit dicere veritatez sup tota cā: qz imo talia dicta sua valebūt etiā si nō iurauit su per tota cā tāq̄ cōnexa et depēdētia p ꝑdicta q̄ oia tene mēti ad ꝑdicta tāq̄ noua. Alia nō sunt i isto. §. iō sequit̄. §. quistioni. hyppo de Mar. J. U. do. et c.

Questioni.

Et hoc itēdit. Confessioni facte in tormētis semp nō credit̄ propter causas in tex. hic positas. hoc dicit. Ca
1 sus et c. ¶†Nota dictū in summario ꝙ cōfessioni facte in tormentis semp non credit̄. Et ego dico fortius ꝙ ɔfessioni facte spōte vel i tormēt͂ nūq̄ credit̄ nisi ɔcurrāt ea q̄ late dixi in hac. l. in pri. ad q̄ me remitto. ¶Cōtra hūc tex. op. Bar. dicēs ꝙ confessio facta p tormenta est fragilis. sz ɔtra: imo ɔfessio q̄ hr̄ per tormēta validior est alijs ɔfessionib⁹ vt habet̄ in aut. de testi. §. j. et no. in. l. cum ꝓbatio. §. j. de probat. Quapropter Bar. in hoc dicit ꝙ tres sūt casus. Primus est qn̄ q̄s torquet̄ i se tm̄ et tunc validior est confessio facta sine tormētis q̄ cū tormētis vt in. §. diuus s̄. proxime et hic: et i. §. si quis vltro. j. eo. Qñqz q̄s tm̄ de alio iterrogat̄ et tūc est validior cōfessio cū tormēt͂: vt i. d. §. j. in aut. de testi. et in. d. l. cum probatio. Qñqz quis interrogat̄ seu torquet̄ in se et in alium simul tūc debilior est cōfessio cum tormentis q̄ sine ita resid et Bart. hic vellē tn̄ ꝙ ipse Bar. assignasset rōnez diuersitatis inter hos casus quare cōfessio cū tormētis vel sine est validior magis in vno casu q̄ in alio qz ego nō video aliquā causam diuer
2 sitatis. ¶†Ulterius pro limitatione istius tex. scias ꝙ cōfessio facta in tormētis semp nō ꝓbat nec nocet confitēti. hoc tn̄ fallit nisi super dicta cōfessione precesserit bina confessio: vna extra iudicialis: alia iudicialis cū tortura. nam cōcurrente tali ɔfessione bina valebit cōfessio facta in tortura nō obs̄tāte ratione istius tex. ita ꝓbat glo. singularis in. l. capite. v. s̄. de adul. quaz glo. ibi summe no. d. Alexā. i apostillis ad Bar. et eā etiā ad hoc allegat ipe. d. Alex. in. l. cū scim⁹. i vl. apostilla. C. de agr. et cēsi. et hui⁹ gl. rō ē ipa geminatio ɔfessiōis q̄ opat̄ hoc. Et ista doctrina hui⁹ gl. pōt iuuari et corroborari pluri

bus iuribus et doctrinis. et primo pro dicta glo. adduci pōt tex. gl. et Bart. in l. cū scimus. C. de agri. et censi. li. xj. vbi dicit Bar. post prin. qd per illū tex. et glo. possunt limitari oia iura dicētia q verba enūciatiua nō inducūt dispositionē. et etiā talia verba in cōtractib' prolata nō sunt obligatoria: nā hoc est verū nisi bina confessio emanauerit vna post aliā. Et subdit ibi Bar. in finalib' verbis q cōfessio facta nō in figura iudicij lz nō preiudicet tñ si bis emanaret forte ita preiudicaret sicut illa que est facta in figura iudicij. Et idē dicit Lud. ro. in cōsi. ccxc. incip. in casu proposite. Et pñt etiam alia adduci pro dicta glo. et nedū ad ppositū dicte glo. et doctrine adducere statui.
3 ¶ † Sed etiā pro plena doctrina materie geminatiōis ad quā poteris qñ tibi cōtingerit hic recurrere. Et iō dico q per dicta glo. et doctrina etiā adduci pōt qd voluit Abb. in c. si cautio. de fide istru. vbi dicit q lz exceptio nō numerate pecunie possit opponi supra bieniū iuxta ea q hñr in. l. in cōtractib' in prin. C. de nō nume. pecu. attñ nō poterit opponi talis exceptio si cōfessio de recepto fuit geminata. ad qd allegat no. per glo. in. d. l. cū scimus. itē adde no. verbū Cy. i. l. j. C. de cōfes. vbi dicit q lz cōfessio facta extra iudiciū nō psit ad actionē sz ad pbationē vt hr in. l. j. in fi. C. depositi. tñ fallit nisi talis cōfessio sit geminata qr tūc cū equiparet cōfessioni facte in iudicio vt in. d. l. cū scimus prodest ad actionē. et allegat glo. in. l. sed et si possessorii in. §. ita si iurauero. ff. de iureiu. Facit etiā. nā ex pacto nudo geminato orit actio. ita dicit Ang. et Saly. i. §. petens. C. de pac.
4 ¶ † Et faciunt dicta per scribētes in. §. de cōstituta isti. de act. Et adduci etiā pōt not. verbū Bald. in l. nec dānosa. C. de preci. ipe. offe. vbi dicit q geminatio rescriptorū operatur clausulā motu pprio. Et facit glo. no. in. §. criminis. xxv. di. q dicit q pctm veniale geminatū efficit mortale.
5 ¶ † Et facit etiā no. gl. in cle. d. de ap. q voluit q lz iudex possit ad libitum reuocare sētā interlocutoriā. l. q iussit. de re iu. et in. l. iudex posteaq eo. tit. tñ hoc fallit
6 in interlocutoria geminata. ¶ † Et adduci pōt no. verbū Bal. i. l. ij. C. de resci. vēdi. vbi dicit q si in vēditione bis dicat et si talis res vendita plus vz illud plus donat ipse vēditor emptori tūc per talia verba cessat remediū. d. l. ij. secus si dicta verba semel tm dicant in ipsa vēditiōe qr tūc nō cessat dictū remediū. et dicit gl. in vsi. reiterato. in. c. qs iratus. ij. q. iij. qd reiteratio seu gemina-
7 tio psupponit deliberationē. ¶ † Et dicit notāter Bal. i phemio. ff. i fi. prin. q lz ista verba. quē haberi pro ciue. iportent fictionē: vt per Bar. i. l. si is q pro emptore ff. de vsucap. tñ fallit nisi dicat. si et habeat. nā ista geminatio iportat veritatē per q facit tex. in. l. ij. i. §. furiosus. ff. de iure codic. i verbo per oia et i oib'. quē tex. allegat pro singulari Ange. in. l. in nego-
8 cijs. ff. de re iudi. ¶ † Et facit qd voluit Bal. in. c. fi. de offi. deleg. vbi dicit q si papa cōmittit cām vni dicendo tu cognoscas q hoc casu dr esse electa industria psone adeo q talis delegatus nō poterit talē cām subdelegare etiā si de sui natura eēt subdelegabilis. iuxta ea
9 q habent i. l. ab idice. ff. d idi. ¶ † Et facit qd voluit. d. An. i. c. q i ecclesiarū in pe. col. de cōsti. vbi dicit q geminatio rescripti hz vi clē n obstāte et vi clē ex certa scia: et adduci pōt etiā qd voluerūt Bar. et Bal. i. l. iij. C. de epi. audi. vbi dicūt q bis carcerat' pro eodē delicto amplius nō relaxat etiā si ex aliq cōstitutiōe
10 carcerat' deberet relaxari. ¶ † Et facit qd voluit Ang. i. l. fi. C. ad. l. fal. vbi dicit q gemiata obligatio naturalis parit actionē. Et facit ēt. nā gemiatio verbi futuri tpis iportat canonē late snie et nō ferende vtputa si dicat irritet vel casset et irritet. ita dicit Bal. i ti. de pa-
11 ce cōstā. i v. priuilegia oia. ¶ † Et facit nota. verbū Ipetratio legitimatiōis in q solū dictū est quē natū ex adulterio nō tz si ipse legitimādus fuisset natus ex adulterio geminato. l. ex duob' cōiugatis fm Oldr. in cōsi. suo. viij. qd etiā voluit Jo. an. i addi. Spe. in rub. q filij sint legi. et Bal. i. l. cām quā. C. de fidei cō. et voluit. d. Phi. i. c. postulasti. i. iiij.

col. de rescrip. ꝛ in. d. c. si cautio. de fide instru. in. xij. col. vbi plura de supradictis posuit. Et ibi etiã dicit ꝙ qñq3 tñ operaꝛ geminat⁹ cõsensus quantũ iuramẽtũ qđ dicit ꝓbari in. c. cũ contingat et ibi. d. Abb. de iureiu. iuncta auꝛ. si a me. C. ad velle. vbi in alienatione fundi dotalis tñ operaꝛ geminatus consensus qui solus nõ sufficeret quantum si esset iurat⁹. ꝛ subdit ꝙ idẽ ꝓbaꝛ ex gl. pe. in. c. ex rescripto. de iureiur. iũcta. l. si mulier. C. ad velle. vbi sicut cessat exceptio velleiani vbi est iuramẽtum ita vbi est ꝯsensus geminat⁹. Et subdit. d. Phili. in. c. si cautio ꝙ rõ predictoꝝ est q2 geminatio arguit magnã infirmitatẽ animi ꝛ ꝓpositi. Et hinc est ꝙ lʒ hereticus paratus corrigi nõ tradaꝛ curie seculari. c. pe. §. si q̃s extra de hereticis. tñ si geminata vice cecidit nõ auditur de correctione. c. sup eo. ꝛ. c. accu

12 satus. de here. in. vj. ¶ † Et facit nã lʒ nullo iure caueaꝛ ꝙ decretũ bis interponaꝛ tñ optima cautela est ꝙ bis interponaꝛ ẜm Bald. in. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb⁹ coꝝ. Et facit dictũ Bal. in tract. scisimatis in. xviij. col. vbi inquit qđ q̃ bis aliqđ fecit nõ põt ꝯtra illud opponere q2 vbi interuenit geminatio ibi presumitur plena deliberatio. allegat text. in auꝛ. vt nulli iudicuʒ

13 §. ꝛ hoc ꝟo iubemus. ¶ † Et facit glo. in verbo reiterato in. c. si quis irat⁹. ij. q. iij. quã. s. allegaui. Sʒ vltra. d. Phi. in. d. c. si cautio. adduci põt qđ voluit Lud. ro. in cõsi. suo. cclij. incip. q̃riꝛ primo ꝛc. in. c. colũ. vbi dicit ꝙ geminatio more tollit purgationẽ ipsius more et dicit de hoc fore casuʒ no. in. l. traiectice. in. §. de illo iũcto ꝟ. fi. eiusdẽ. §. ff. de actio. ꝛ obl. et idẽ etiã ꝓbat tex. in. l. si insulã. ff. de ꝟb. ob. vbi pʒ morã duplicatã ꝑ lapsum termini ꝛ ꝑ litis cõtest. excludere facultatẽ purgatiõis. faciũt etiã notab. ꝟba Lu. ro. i ꝯsi. suo. cccxvj. incip. in hac cã ꝛc. in. ij. col. vbi dixit qđ ꝯfessio gemiata nõ est reuocabilis pretextu erroris vel falsitatis. allegat ad hoc casum i. l. j. C. de plus peti. subdit etiã ꝙ cõfessio facta post terminũ deliberatũ ꝓtextu erroris nõ põt reuocari allegat glo. in. c. ex lr̃is. de diuor. quasʒ sequiꝛ Arch. in. c. fi. de iureiu. in. vj. ꝛ in

14 c. j. de accus. eo. lib. ¶ Et faciũt optime dicta ꝑ. d. Alex. in consi. ccxv. incip. nec arguẽdi ꝛc. in. vij. col. in. ij. vol. ꝛ ꝑ. d. And. barb. in cõsi. suo. xxxvij. incip. viso pũcto ꝛc. in. iij. col. in. iij. vol. ꝛ ibidẽ in cõsi. lxxxvij. icip. in cõtingẽtia ꝛc. i. ij. car. ꝛ faciũt dicta ꝑ moder. in. l. j. in. §. hec aũt. ff. ꝙ quisq3 iuris. ꝛ dicta ꝑ me in cõsi. meo. xiij. incip. in cã vertente ꝛc. in. ij car. Tene mẽti predicta ad ꝓpositũ. d. gl. l. capite q̃nto. et ad materiã

15 geminatiõis. ¶ † Nõ redeũdo ad tex. nostrũ dico vnũ qđ nũq3 exeat mẽtem tuã tãq3 singulare et precipuũ videlicet ꝙ dr̃. hic in tex. nostro ꝙ nõ semper est standũ cõfessioni facte in tormẽtis. Tu dicas ꝙ inter alios casus in quib⁹ non statur confessioni facte in tormentis est vnus casus nota. qui nedũ habet locum in cõfessione facta sine tormẽtis. qui casus est quãdo reus confitetur vel in tormẽtis vel sine sub promissione indulgentie seu grãe sibi fiẽde vtputa si iudex dicit ipsi reo in tortura vel extra torturam confitearis delictũ quia promitto tibi indulgere et tibi facere gratiã ita singulariter ꝛ mirabiliter dicit Joã. de imo. in cõsi. suo. cix. incip. visa inquisitione ꝛc. et mouetur ad hoc dicendũ per id qđ legiꝛ ꝛ not. in. c. sane. de renũ. et per id quod not. glo. l. item si precio. §. fi. ff. loca. pro quo etiaʒ facit ẜm eum q2 sicut iuramentũ ꝑ dolum extortum nõ debet nocere iuranti vt habeꝛ in. c. cum contingat de iure iu. et in. c. quãuis de pac. in. vj. ita eadẽ rõne cõfessio dolo extorta nõ debet nocere cõfitẽti. ar. l. illud. ff. ad. l. acq. ꝛ c. ij. de transla. prela. Et satis videꝛ dicta cõfessio iuris presumptione fuisse ꝑ dolũ extorta ex quo ꝑsuasuʒ sibi fuit ꝙ si ꝯfitereꝛ fieret sibi grã ꝛ liberareꝛ ꝛ qđ taliter nõ poterat liberari a carceribus ꝛ ductus persuasionib⁹ predictis fuit confessus cũ ante negaret ex quo postea non fit sibi gratia per predicta iura: tene mẽti q2 est dictũ sing. et aureuʒ de q̃ dixi in sing. meo. ccj. inci. in cõfessuʒ. ꝛc. nec memini me hoc dictũ

alibi vidisse. Et per ista sunt expedita
textualia oia: glo. similiter sunt clare.
prime enim opponitur dr in isto tex. q̄ cō
fessioni facte in tormētis non semp est
16 standū. ¶ † Sed ꝯtra de tex. in. l. edictū
§ .eo. vbi hr̄ q̄ imo standū est talib⁹ cō
fessionibus. So. glo. dicēs. q̄ illa. l. in-
telligitur ſm istā videlz q̄ nō semp ēt
in illo casu statur cōfessioni nisi alia cō
currant de quibus hic ꝛ. s̄. in hac. l. in
prin. glo. predicta allegat ꝓ hoc. §. l. ij.
C. quoꝝ appel. l. vbi. hr̄ q̄ cōfessus i tor
mentis vel formidine tormentoꝝ au-
dit appellans q̄ sec⁹ est vbi sponte cō
17 fessus est. ¶ † Glosa scda clara est ꝛ ex
positiua ꝛ no. q̄ ex varijs causis quis
format suā opinionē ꝛ illā mutat ad qđ
allegat bonū tex. in. l. qr poterat. s̄. ad
treb. vbi est bon⁹ tex. ad hoc ꝛ allegat
etiā alia iura de qb⁹. j. Et sic iste tex. et
gl. optie allegari pn̄t ad illud Ouidij
vz. Mille hoiz spēs ꝛ reꝝ discolor vsus
Velle suū cuiqz est nec voto viuit vno
ꝛc. Seqr mō. §. ꝑterea. hyp. đ mar. ꝛc.

Preterea. Et hoc itēdit. Nō credit inimico ca
pitali etiam cuz tortura q̄ secus est in
inimico leuis inimicitie. h. d. vsqz ad. §.
1 cum qs casus ꝛc. ¶ † Nota ex hoc tex.
q̄ non statur dicto inimici qr inimici
facile mentiuntur facit tex. in. c. repel-
latur ꝛ in. c. cum. p. ꝛ in. c. cuz oporteat
ꝛ in. c. minimus. de accus. ꝛ habetur in
c. si testes. iiij. ꝛ in. l. liberi. C. de inoffi.
testa. ꝛ in auk. si vo dicatur. C. de testi. ꝛ
in. §. si vero dicatur in auk. de testi. ꝛ in
l. testiū. vbi Bar. ꝛ doc. s̄. de testi. cū si.
2 ¶ † Et istum text. ꝛ similes amplia. q̄
adeo est ꝓhibitus inimicus testificari
cōtra inimicū q̄ ēt in enormib⁹ crimini
bus vt est in crimie lese maiestatꝫ here
sis simonie ꝛ similib⁹ ꝛ ꝓhibit⁹ tex. est
quē ad hoc doc. cōiter allegāt ꝓ sing.
in. c. p tuas. de symo. ꝛ hoc voluit bar.
in. l. i qōnibus. ff. ad. l. iul. ma. ꝛ Spe. i
ti. de accu. i. §. j. i fi. vbis. ꝛ Lu. ro. i. l. si
vero. in. §. de viro. in. xxij. col. v. qntade
cima ꝛc. ff. so. ma. de quo ēt. p. d. Abb. i
c. inqsitionis. §. iij. extra de accu. ꝛ per
Bal. in. l. in his. §. j. in fi. ff. so. ma. Et lz
doc. reputēt illū tex. d. c. p tuas. singľa
rē tn̄ ego dico q̄ nō est sing. qr sills est
tex. quē ibi pōderat Ab. i. c. cū. p. extra
de accu. q̄ ꝓbat q̄ etiā in criminib⁹ ex-
ceptis inimic⁹ nō admittiꝛ cōtra inimi
cū: q̄ etiā voluit Barb. ibi et Ange. i. l.
qui accusare. ff. đ accu. vbi allegat. ad
hoc Spe. i ti. de accusa. §. j. de quo etiā
p Bal. in. l. prescriptione. i. ix. col. versi.
tertiū exēplū. C. si cōtra ius vel vti. pu.
pro quo faciūt dicta p Ange. de are. in
in trac. maleficioꝝ in vb. nec nō ad q̄-
relā. in ver. xx. vbi dicit q̄ inimicus nō
admittiꝛ ad accusandū ꝛ ibi. d. Ange.
in addi. dicit hoc esse verū etiam i cri-
mine lese maiestatis et in alijs crimini
bus exceptis. ad qđ allegat Spe. in ti-
tu. de accu. in. i. parte i. §. j. ver. si. in fi.
3 et alia de quib⁹ ibi p eū. ¶ † Amplia
etiā hāc regu. et hūc tex. q̄ adeo est ꝓ
hibitus inimicus ad testificādū q̄ hoc
nō solū habet locū in inimico exp̄sso sz
etiā in inimico presumpto ſm Inno. in
c. cū. i. ꝛ a. in fi. de re iudi. vbi dicit q̄ il-
le apud quē est cā inimicitie cōtra illū
cōtra quē ꝓducitꝛ lz ipse cōtra quē pro
ducitur nesciat cām illā vtputa titi⁹
accusauit semproniū de aliquo crimi-
ne: certe licet sempronius nesciat se ac-
cusatum esse ab eo attamē nō poterit
cōtra eū esse testis nō obstāte ignorā-
tia sua qr tamē subest causa inimicitie
ita etiā sing. dixit Barto. in. l. j. in fi. s̄.
de his quibus vt indig. ꝛ Bal. referēs
Inno. in. l. prescriptione. iu antepe. col.
C. si cōtra ius vel vti. pu. ꝛ in. d. auk. si
dicaꝛ in vl. col. ꝛ in cōsi. suo. cccxv. icip.
presupposito statu. in. j. col. in. iiij. vol.
et Abbas. in. d. c. repellatur. et in. d. c.
cū oporteat ꝛ Lud. ro. i. l. j. §. đ rescrip.
in prin. ff. ad silla. ꝛ in rub. ff. de arbi. in
ix. col. ver. scias tamē. ꝛ. d. Phili. i. d. c.
cū oporteat in. vij. col. circa fi. ꝛ. d. Ale-
xā. in cōsi. suo. cccclxxiiij. incip. visa inq̄
sitiōe. in vlti. col. in fi. ꝛ in cōsi. suo. xcx.
incip. in cā inquisitionis ꝛc. in. ij. col. in
j. vo. ꝛ Lu. ro. in sing. suo cccxvj. ſm or-
meū incip. Inno. in. c. cū. J. ꝛ. A. ꝛc. de
quo late dixi in repeti. mea. l. fi. C. de ꝓ
ba. in. xvj. car. ꝛ in singu. meo. clxxviij.
incip. inimic⁹ repelliꝛ. Vbi etiā vnū ad
didi q̄ lz testis dicaꝛ nō hr̄e inimicitiā

vel odiū aliqd cū illo cōtra testificatur
attamē repellit̄ ꝛ ei nō credit̄ si subest
cā per p̄dicta ꝙ aperte voluit. d. Alex.
in. d. ꝯsi. suo. xcix. in. ij. col. qd est not. qꝛ
4 quotidianū. ¶ † Amplia ēt hūc tex. et
hanc regulā vez ꝙ adeo ꝓhibitus est
inimicus testificari ꝯtra inimicū ꝙ ēt
si inimicus sit recōciliatus cū inimico
attamē nō poterit ꝯtra talem olim ini
micū testificari ita dicit do. Alex. in. d.
ꝯsi. suo. xcix. in fi. pe. col. ꝓ quo allegat
tex. quē dicit no. in. c. cū accusatores. el
j. ij. q. v. vbi est ēt bona gl. quē tex. etiā
ad hoc pro singulari allegauit Lu. ro.
in. d. sing. suo. cccxvj. incip. Innoc. in. c.
cū. J. ꝛ. A. ꝛc. ꝛ idē tꝫ Abb. in. d. c. cum
oporteat in. j. col. de accu. pro qbus ēt
facit glo. in. c. cōstituit. xvij. q. iiij. q̄ di-
cit ꝙ iudeus q̄ de proximo est effectus
xp̄ian⁹ nō poterit esse testis ꝯtra xp̄ia-
nū. Et facit glo. in. l. q̄ cum vno §. igno
minia. ff. de re mili. q̄ dicit ꝙ piurus ēt
post pactam penitentiā non poterit eē
testis sicut antea non poterat. Et facit
in ar. tex. in. c. his q̄ in fi. de sepul. in vj.
ꝛ in. l. filij. §. vidua. j. ad muni. ꝛ faciūt
etiā que latius in sing. meo. clxxix. inci.
5 viget cōiter ꝛc. ¶ † Intelligas tñ hoc
sane i inimico recōciliato de recenti se
cus aūt in reconciliatione antiqua. nā
inimicus āntiquus recōciliatus admit
titur ad testificandū s̄m bal. in marga
rita sua in verbo testis. in vsi. testis ini
6 micus. ¶ † Amplia ēt hunc tex. vez ꝙ
adeo ꝓhibitus est inimicus a testimo-
nio ꝙ ēt ipsi testi inimico non creditur
in articulo mortis s̄m bal. in tit. de pa-
ce cōstan. in verbo vassali nostri in fi.
qd est no. de quo etiā dixi in repe. mea
d. l. fi. C. de ꝓba. in. xvj. car. ꝛ in auc. si
dicatur. C. de testi. Dicit tñ bal. in ꝯsi.
suo. ccliiij. incip. casus sup quo ꝛc. in. ij.
col. in. j. vol. ꝙ ꝯfessio facta in art. mor.
valet qꝛ nō est p̄sumendū ꝙ tunc ipse
mentiat̄ pro quo facit glo. singu. in. l. j.
in glo. fi. circa me. C. de fal. cā adiecta
leg. q̄ dicit ꝙ confitens in articulo mor
tis habuisse ꝛ recepisse non pōt postea
opponere excep. nō nu. pe. de quo lati⁹
dixi in repe. mea. l. fi. C. de ꝓba. in. lxiij.
7 car. vbi videas. ¶ † Et scias ꝙ iste tex.
ꝛ iura. s̄. allegata volētia ꝙ inimicus
non sit interrogand⁹ nec examinand⁹
ꝯtra inimicū sunt restringenda ꝛ intel
ligenda h̄re locum dūtaxat in inimico
capitali. nā secus est in inimico nō ca-
pitali qꝛ talis inimicus admittitur licꝫ
sibi minus fidei adhibeat̄: ita no. Inn.
in. d. c. cū oporteat. ꝛ doc. in. d. auc. si di
catur ꝛ in alijs iuribus. s̄. allega. Et rō
nem allegant doc. in. d. iurib⁹ maxime
Saly. in. d. auc. si dicat̄ vez qꝛ pro leui
inimicitia de facili q̄s nō ita p̄sumit̄
mentiri sicut pro graui ita noiatur in
auc. de teste. in. §. si vero quis dicat̄ in
8 l. lꝫ. s̄. de arbi. ¶ † Sꝫ iuxta predicta q̄
ro pro intelligentia hui⁹ materie quis
dicatur inimicus in quo dicas ꝙ pluri
bus modis quis d̄r inimicus. Nam ini
micus tuus d̄r ille q̄ tibi nō loquit̄: ita
dicit glo. in. c. cū adrianus. lxiij. distin.
quā glo. ad hoc dixit sing. Barb. i. d. c.
repellant̄. de ac. Qd tñ limita s̄ꝫ eū ibi
post alios qñ erat ꝯsuet⁹ tibi loq̄ secus
aūt in illo q̄ nō erat ꝯsuet⁹ tibi loq̄. Itē
d̄r ēt inimic⁹ ille q̄ cohabitat cū inimi-
9 cis. d. c. repellant̄ ꝛ ibi doct. ¶ † Qd in-
tellige de ꝯtinua seu lōga cohabitatio
ne s̄m doc. ibi sec⁹ de modica cohabita
tione ꝓ id qd h̄r in. l. lꝫ. §. in factū act. ff.
10 nau. caup. ꝛ stab. ¶ † Itē d̄r inimicus
nō solū ille q̄ nocet sꝫ ēt ille q̄ noceret si
posset s̄m barb. in. d. c. repellant̄ q̄ alle-
gat ad hoc Bal. in auc. si dicat̄. C. d te-
sti. qd ēt exp̄ssi⁹ dicit bal. quē ipse barb.
nō vidit i. l. j. cir. fi. C. si quacunqꝫ p̄di.
ptāte vbi dicit ꝙ hoc dicit gl. aurea sꝫ
eū in. l. athlete i. §. dat remissionē. ff. de
excu. tu. ꝛ cū refert ꝛ seq̄tur Jo. d ana.
in. d. c. cū oporteat in. ij. col. de acc. item
d̄r ēt inimicus ille q̄ fecit parētelā vl̄ cō
federatiōeꝫ cū inimico ꝛ ꝓpter hoc per
dit feudū vasall⁹ s̄m Barb. ꝛ doc. in. d.
c. repellātur: q̄ ad hoc allegāt. l. liberi.
C. de inoffi. testa. vbi hoc voluit bald. ꝛ
habetur in. l. j. §. cū patronus. ff. de off.
prefec. vrb. ꝛ ibi per glo. in. c. j. que fuit
prima causa benefi. amit. in ver. porro
absoluerit ꝛ per tex. in. c. j. per quos te-
stes probent̄ ingrati. vas. pro qbus fa-
cit glo. in. c. si inimicus. xciij. dist. in ver.
nolite que hoc voluit. Et ideo dixit bal.

in cōmēto. l. j. in. xl. q. §. de rer. diui. q̄ si vasallus facit parentelā vel confede rationē cum inimico domini quod di-
11 citur proditor. ❡ † Que oia tamen di cta limita & restringe nisi vasallus fa ceret ligā parentelā seu confederatio- tionē cū inimico dñi coacte & nō spōte vel voluntarie q: tūc nō diceret inimi- cus nec proditor dñi nec perdit feudū ita dicit Bald. in. c. i. qb9 mo. feu. amit. vel quibus cau. feu. amit. in. in vl. col. Et facit rō. nā ea q̄ fiunt ꝯ voluntatē facientis non imputant ipsi facieti. c. j. ij. & iij. & l. c. ita ne. xxxij. q. v. & c. p̄sby- teros. l. di. & c. j. i. xv. q. vj. & optime pro bat tex. in. l. cura. in verbo nec si p vim.
12 ff. de mu. & hono. ❡ † Pro quibus facit dictū Bal. in. l. eā quā. in. viij. col. C. de fideicō. vbi dixit q̄ si tyrānus hz rē cū aliqua muliere p vim q̄ filius inde na tus nō dr spurius quo ad matrem. Et idē dicit idē Bal. in. l. si qua illustris in
13 ver. q̄d si mater. C. ad orficia. ❡ † Et dictū Abb. in. c. cū. p. in fi. de accu. vbi dicit q̄ ille q̄ testificatur ꝯ me in cā cri- minali p̄sumit mihi inimic9 p tex. ibi & voluit Alex. in. l. testibus. §. de test. hoc tn̄ fallit nisi fuerit coactus a iudice q: tunc nō diceretur inimicus. qd dictum
14 fuit Host. in. c. minim9 de accu. ❡ † Et facit etiā qd dixit Bar. in. l. post legatū in. §. his vero in fi. vbis. §. de qbus vt indi. vbi dicit q̄ stante statuto q̄ qui- cunq; p̄buerit auxiliū bannito puniat certa pena nō aliqs testificatus est p bānito an debeat puniri & dicit destin guendū esse vez q aut hoc fecit spon- te aut coacte: si sponte punit si coacte
15 nō punit. ❡ † Et adduci pōt no. vbum Ang. in. l. j. §. remouet. ff. de postu. vbi dicit q̄ sponsa violenter cognita a spō so pōt ingredi monasteriū eo inuito si- cut antea poterat: lz ꝯtriū dixerit Bal.
16 in. c. pe. in. vlt. col. extra de testi. ❡ † Et dicit Lu. ro. in cōsi. suo. cclij. incip. pro decisione &c. in fi. quod veniens cōtra immunitatē sibi concessam non perdit eam si ei cōtrauenit coacte secus si spō te: ad quod allegat. d. l. cura. versi. nec si per vim. ff. de mune. & hono. pro quo facit glo. in. l. j. C. in quibus cau. colo.

17 censi. lib. xj. ❡ † Et dicit Joā. de ana. in c. iij. in. ij. colū. extra de fur. quod si vir- go inuita cognoscat non perdit virgi- nitatē immo eā auget. allegat ad hoc tex. in. d. c. j. xxxij. q. v. vbi tex. ponit di- ctum beate Lucie q̄ dixit pascasio si fe ceris me inuitā violari castitas mihi duplicabit ad coronā. p quo facit tex. in. c. ita ne. xxxij. q. v. vbi dicit qd virgo censet cuius animus nō est corruptus licet corpus sit. et facit not. consilium Abb. iiij. incip. facti ꝯtingentia &c. quē
18 vide. ❡ † Et faciunt que voluit Host. i. c. sup eo d vsu. & ibi doc. vbi dr q̄ xp̄ia ni q̄ recipiunt pecuniā sub vsuris a iu deis lz sint causa qd ipsi iudei cōmit- tāt vsuras tn̄ ipsi nō peccāt q: hoc fa- ciunt inuiti & ꝯtra ipsoꝝ voluntatem. idē dicit Arc. in. c. mouet. xxij. q. j. et in c. si quis vsurā. xxiiij. q. iiij. pe. d anch. in cle. j. de vsu. & Joā. de imo. in. c. debi- tores extra de iureiu. ita etiā tenet. d. Alexā. referens predictos doc. in cōsi. suo. j. in. ij. col. in. ij. volu. et in eo vol. in consi. cvij. in. ij. col. & idē firmat Joā. de ana in. d. c. sup eo. i. ij. col. extra de vsu.
19 ❡ † Et facit no. vbū Bal. i auk. itē nul la cōitas. C. de epi. et cle. in fine. vbi di cit q̄ si statuto caueat q̄ bānitus a ciui tate Bononie si veniat ad ipsam ciui- tatē debeat decapitari nō habet locū in bannito qui fuit captus mutine & p vim fuit ductus hic Bononie &c. p qui bus faciūt etiā dicta p Jo. de ana. i. c. excōicationi i antepe. col. de rap. & per Oldr. in cōsi. suo. xxxv. incip. factū tale est &c. quidā Joannes. & faciūt etiā di- cta per Bal. sup statutis. in vsi. affines
20 in vlti. ver. ❡ † Et adduci pōt qd vo- luit Bart. in. l. si dictū in. §. si cōpromi- sero. ff. de euic. vbi dicit q̄ ille. §. volens q̄ si emptor rei compromittat litē sibi motā sup re empta & succūbat q̄ tunc non habet egressum de euictione con- tra venditorem non habet locum in emptore qui causam compromisit sta tuto cum cogente. sed tantum habet locum in illa qui sponte compromittit et faciūt dicta per Inno. in. c. inter mo nasterium. de re iudi. quem ibi refert et sequitur. d. Phil. in. vj. colū. in prin-

vbi dicit q̄ p dationē fideiussoris coacte factā nō progat iurisditio iudicis: sec⁹ aūt p talē dationē spōte factā qđ ēt firmat Jo. de imo. in. l. qđā ɔsulebāt
21 de re iudi. ¶ † Pro quo facit celeberrima doctrina Ang. in. l. si qs maior. circa pri. C. de transac. vbi dicit q̄ si ex forma statuti ɔsanguinei litigantes cogūtur ad cōpromittenduz q̄ lʒ cōtra tale cōpromissuz iuramento firmatū pars veniat non tñ incurrit penas de qb⁹ in d. l. si qs maior. qꝛ nō sponte cōpromisit sed cogēte iperio statuti qđ est not.
22 ¶ † Et facit no. verbū. d. alex. in. l. debitori. in pri. C. de pac. vbi dicit q̄ qñ creditor succedit debitori actio cōfundit q̄ limitat ipe ibi nō hēre locuz in eo qui adiuit coacte. nā tunc durat saltem naturalis obligatio: allegat. l. debitor. in pri. in. ℣. remanet. ⁊c. ff. ad treb. q̄ text.
23 nō est alibi fm Jmol. ibi. ¶ † Et facit qđ voluit do. Alex. in ɔsi. suo. lij. incip. viso themate ⁊c. in. iiij. col. in ver. iiij. qꝛ ɔstat ⁊c. in. j. vo. vbi dicit q̄ appellatione alienationis non venit datio insolutū tanq̄ alienatio coacta ⁊ nō volūta
24 ria. ¶ † Et faciūt q̄ dicit Albe. de rosa. in. ij. parte statu. q. lxxvj. incipien. pone statuto caueri ⁊c. vbi inq̄t q̄ si statuto cautū sit q̄ si bestia alicui⁹ dānū dederit teneaṫ dñs soluere. x. q̄ si bestia alicuius sine culpa dñi dederit dānū alicui q̄ hoc casu dñs nō tenebitur ad di
25 cta. x. ¶ † Et facit in simili qđ dixit idē albe. de rosa. in. ij. pte statu. qōne. xl. incip. itē q̄ro statutū ⁊c. vbi dicit q̄ si statutū est in ciuitate q̄ null⁹ debeat ibi ducere porcos sub certa pena quo stāte quidā cū porcis faciebat transitum iuxta ciuitatē ⁊ metu hostiū qui ibi cōcurrerūt intrauit ciuitatez ⁊ duxit dictos porcos in ciuitatē nunq̄d incidat in penā statuti ⁊ decidit q̄ nō per. l. ce
26 sar. ff. de publi. ¶ † Et in simili facit qđ dicit Bal. in. l. hmōi. legatū. ff. de lega. j. vbi inter cetera dicit q̄ si p̄sbyter dʒ hēre decimā vel aliq̄s dʒ hēre gabellam aialiū nascentiū in aliqua villa ⁊ propter guerrā aialia inde fugierunt ad aliaʒ villā ⁊ ibi nata sunt q̄ dʒ inspici villa vnde fugierūt non ad quā fugierunt. arg. illius. §. q̄ dicit esse nota. fm
27 Cy. ibi. ¶ † Et dicit bald. sup statutis in verbo pena in. viij. col. in pe. ℣. quod si statutū punit intrantē palatiū certo tpe ⁊ aliq̄s fuit impulsus seu spint⁹ ire illo tpe in palatio quod nō cadet in aliquā penā qꝛ hoc nō fecit volūtarie: sʒ
28 coacte. ¶ † Et facit optime tex. ⁊ quod ibi dixit do. Flo. in. l. in oibus. ff. de nora. vbi dixit qđ ille tex. facit ad. q. de receptāte bānitū; qđ nō teneaṫ si receptauit qꝛ ꝓhibere nō potuit puta qꝛ. x. bāniti cōgregati vadūt ad domū rustici ⁊ dicūt si nō aperis portā imponam⁹ ignē q̄ rusticus timens apuit: certe tūc excusaṫ qꝛ nō valebat eis resistere. qđ
29 dicit esse mēti tenendum. ¶ † Et dicit pau. de cast. in. l. fi. §. serui. ff. de publi. q̄ si ex forma statuti dʒ solui daciuz p aialibus trāseūtibus p ciuitatem q̄ si q̄s ducebat aialia vt ea cōduceret ad aliquē locum: q̄ tñ aialia aufugerunt ⁊ ingressa sunt ciuitatē dño ipsoꝝ inuito q̄ hoc casu non debebit soluere ali
30 quā gabellā. ¶ † Et dicit Albe. de rosa. in. ij. parte statu. in. d. q. xj. itē quero statuto ⁊c. q̄ alias facta fuit treuga inter regē Frācie ⁊ Anglie ⁊ in ipa treuga ordinatū ⁊ ɔuentū fuit q̄ milites ⁊ gētes vtriusq̄ regni possent ire ⁊ redire tuti hincinde vsq̄ ad festū pascatis tūc instantis ⁊ vltra dictū festū licituz esset cuilibet interficere ⁊ derobare et offendere milites ⁊ gentes alteri⁹ partis. Jn eoꝝ regno q̄bus stantibus contingit qđ vnus miles regis Frācie treuga durāte iuit in angliā ⁊ cū rediret p mare anglicū tēpestas maris eū reduxit in Angliā. Jā finita treuga an potuerit interfici. ⁊ dicit qđ nō p text. d. l. cesar supra de publica. qđ limitat nisi huic militi posset culpa vel negligētia imputari p iura per eū ibi allegata ⁊c. qđ dictū refert ⁊ approbat do. Phi. i. c. cognoscentes in fi. de ɔsti. pro quo faciūt dicta p bal. i ɔsi. suo. lxj. inci. statutū ciuitatis ⁊c. in. j. vo.
31 ¶ † Et dicit ā g. l. q̄d si fugitiuus i pnci. p illū ter. ff. de edil. edi. q̄ si statutū dicit q̄ si q̄s portauerit frumētū extra districtuz puniaṫ q̄ si aliq̄s ꝓpter iustum timorē inimi-

corũ excessit fines comitat⁹ seu distri-
32 ctusfugiẽdo nõ incidit in penã.¶†Et subdit ibi Ang. ꝙ ille tex. facit in ar. ꝙ si aliqs ad suã defensionem interfecit aliquẽ pp iustã cãm timoris nõ dʒ puniri pena statuti puniẽtis homicidas qꝛ tale homicidiũ fecit coacte nõ voluntarie qd̃ est no. Et faciũt dicta per bal. in. l. j. C. de naufragijs lib. xj. vbi dicit ꝙ est casus in illa lege ꝙ si p tẽpestatẽ maris aliqua nauis venit ad portum nõ dʒ soluere gabellã vel portoriuʒ qꝛ violenter venit. ad qd̃ ẽt allegat tex. in d. l. cesar supra de publica. ꝛ. l. fi. §. pro
33 pter tẽpestatẽ eo. tit. ¶†Et subdit ibi bar. idẽ esse si ꝑpter timorẽ hostiuʒ vel piratarũ veniũt naues ad portũ. Postea dicit ẽt ipse bar. ibi ꝙ ille tex. facit in ar. ꝙ si tpe estatis hoies vicini territorij ꝑpter defectũ aque venerũt ad macinandũ in territorio nostro ꝙ possunt granũ reportare sine gabella qꝛ ꝑpter necessitatẽ venerũt. Et ista dicta bar. i d. l. j. C. de naufrag. li. xj. refert ꝛ sequit̃ Lu. ro. in repe. l. si vo in §. de viro. i. liiij. fallẽtia vsi. xxiij. probat̃ ꝛc. ff. sol. mat.
34 ¶†Et facit qd̃ voluit Ang. in. l. fi. §. si propter supra de publicanis. vbi dicit no. ꝙ si equ⁹ vel mulus ꝯ voluntatem dñi deuiat ꝛ portat res quas hʒ super dorso in deuctũ nõpunit̃ dñs talis aialis sic ꝯtra volũtatẽ domini deuiãtis.
35 ¶†Et ad predicta facit optime qd̃ voluit do. Frã. de are. i ꝯsi. suo. lxxxvij. incipiẽ i ꝑmissa ꝯsultatiõe ꝛc. cir. me. vbi dicit qd̃ Bar. i. l. qdã ꝯsulebat ad fi. supra de re iudi. ꝛ Cy. in. l. fi. C. de spon. dãt pro regula ꝙ pro satisdatiõe d iudicio sisti nõ vr̃ renũciari exceptioni declinatorie p tex. i auc. offerat̃. C. de lit. ꝯte. ꝛ ẽt si ꝑmittat̃ de iudicio sisti ꝛ de iudicato soluẽdo. Qd̃ dicit ipse ꝑcedere dũmodo talis satisdatio de iudicio sisti prestet̃ de necessitate ꝛ nõ voluntarie. Ita ẽm cũ clare ꝛ elegãter determinat. d. And. in. c. j. de iudi. Et istud probatur rõne qꝛ nũꝙ per actum necessariũ introducitur renũciatio declinatorie exceptionis vt habetur per docto. in. c. exposuit de dila. et per Joan. an. ibi et habetur per Inno. in. c. inter monasteriũ. de re iudi. ꝛ habet̃ in. l. nõ videtur. ff. de iudi. ꝛ hãc regulam tradit Bar. in. l. fi. C. de iudi. de quo etiã dixi in. l. si queram⁹. circa me. ff. de testa. et in singu. meo. ccxxvij. incip. ꝑ dationeʒ
36 fideiuss. ¶†Et facit etiã qd̃ voluit bal. in auk. habita. C. ne fil. ꝑ patre. in. vij. col. vbi dicit ꝙ ꝓhibitus ingredi locuʒ si illuc trahat̃ per vim nõ incurrit pe-
37 nam. ¶†Et ad predicta facit optime tex. l. sʒ attilicinus. ff. de ser. rusti. p̃di. vbi habet̃ ꝙ non perdit̃ seruitus mihi debita ducẽdi aquam in fundo meo si iõ nõ vtor: qꝛ fons exhauriuit vel quia desiccat⁹ est: ꝛ ita p illũ tex. tenuit glo. ordi. in. c. abbate scti siluani. in verbo ibidẽ. ante fi. extra de vbo. sig. ꝛ ibi. d. anto. et not. abb. ibi ꝑpe finẽ dicentes ꝙ nõ vsus priuilegij volũtarius tollit priuilegiũ: secus in nõ vsu necessario: qꝛ qui nequit nõ est in culpa vel mora.
38 ¶†Et facit ad idẽ qd̃ not. Jo. an. in. c. ioãnes. in. iiij. col. versi. vbi vo vsus. de cle. cõiu. vbi dicit qd̃ nõ vsus non tollit legẽ qñ hoies non sunt vsi: qꝛ casus nõ accidit. pro quib⁹ etiã optime faciunt dicta per. d. Phi. in. c. ij. in vlti. col. in fi. cõstitu. ꝛ in. c. cũ accessissent. in. xj. col. eo. ti. vbi videas. nã plura adducit ibi
39 in hac materia. ¶†Et inter cetera adducit ange. in ꝯsi. suo. cxciij. incipi. iam sunt octoginta anni ꝛc. vbi dicit qd̃ si ianuẽses obtinuerũt represalias ꝯtra florentinos quibus plurib⁹ annis non sunt vsi: qꝛ nullus florẽtinus transiuit per eoꝝ districtũ: qd̃ tñ per hoc nõ est
40 scriptum ꝯ dictas represalias. ¶†Et adde hic dicta per. d. Phi. in. c. significasti. el. j. in prin. de homici. ꝛ in. c. significauit. in fi. de iudeis. et vide que ego dixi in repe. mea. l. fi. C. de ꝑba. in. xvij. car. vbi aliter etiã limitaui illã doctrinam bal. in. d. l. j. in. xl. q. ff. de rerũ diui. tene mẽti p̃dicta qꝛ alibi sic cumu-
41 lata nõ inuenies. ¶Modo redeundo ad principalẽ materiã inimicorũ dico ꝙ etiã dr̃ me⁹ inimicus q̃ est valde amicus inimici mei seu eius affinis ẽʒ barto. in. l. scẽ. ff. de lega. ꝛ sentit bart. in. l. admonẽdi. in. ix. col. vsi. venio ad tertium. ff. de iureiu. ꝛ bal. in. l. data opa. in. xv.

lit. xv. col. C. qui accusa. non pos. et not. in. l. iii. in prin. ff. de test. et voluit Bald. in. d. auk. si quis testibus. C. de testi. et Guil. de cug. i. l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de posthu. vbi equiparatur testimonium alicui⁹: puta titii et eius vxoris. pro quibus faciūt in ar. que dicit bar. in. l. aut affinitate. ff. de pcura. et Bal. in. c. in literis. de testi. et qd dicit. d. ant. in. c. fi. de iureiu. et qd dicit glo. in auk. de monachis. in. §. cogitañ. in verbo testes. et qd voluit. d. Alex. in cōsi. xc. incip. in causa et lite. in. iiii. col. in. ii. vol. et in consi. xviii. in antepe. colū. in. i. volu.
42 ¶ † Itē dicit seu presumit inimicus noster qui bona nostra tollit. tex. est et ibi bal. in fi. prime col. in. c. itē cū quis. de resti. spo. et voluit. d. Ant. in. c. accedēs. el. ii. in prin. scde col. extra vt lit. nō contesta. et voluit Jo. de ana. in. cū. oporteat. in. iii. col. de accusa. pro quo facit qd dicit gl. in. l. aduocati. iuncta tex. C. de aduo. diuer. iudi. que dicit q pecunia dr vita hois qd etiā dicit bald. in. l.
43 in tuis. C. d oper. liber. ¶ † Et facit qd dicit Bar. in. l. pe. col. ff. de cdi. ob tur. causam. vbi dicit q met⁹ pditiōis oim
44 bonorum eqparat metui mortis. ¶ † Et facit etiā qd dicit cardi. in cle. i. de baptis. in. vi. q. vbi dicit q omnes diuites pñt dici principes: qr pecunia est oim rerū regina: dicit etiā q de facto videmus q propter affluentiā pecunie homines collocāt filias suas filiis villium rusticorum sequētes illud qd dicit hosti. de cōsan. et affi. in. c. tua. et de preb. et in c. venerabilis. vbi dicit q disputās de nobilitate sine pecunia disputat de no
45 bili stercore. ¶ † Et facit qd dicit bal. in receptitia. C. de csti. pecunia. vbi dicit q qui hz pecuniā habet oēz rē quā vult. et ibi allat Aristotelē dicētē q pecunia seu nūmus est fideiussor future
46 necessitatis. ¶ † Et facit qd dicit bald. in. l. certa forma. C. de iuri fisci. li. x. vbi dicit q maior et quasi maior est pena omniū bonorum q pena mortis. Et facit illud Ouidii. In precio preciū nūc est: dat cēsus honores. Census amicitias pauper vbiq iacet. Et alibi dicit. Ipse lz musis venias comitat⁹ homere. Si nihil attuleris ibis hōere foras etc. et alibi dicit. Uir bñ vestitus pvestibus ille peritus. Credit etc. et alibi dicit. pecu
47 nie oia obediūt. ¶ † Audiui ego alias a quodā istrione facetiā q tñ in se vera erat et est. Nā ipse dicebat q duo erant sancti in paradiso qui erant maioris deuotionis et sanctitatis oibus aliis et q vnusquisq positus in afflictōe qui se deuote recomittebat altero ex ipsis sanctis statim erat exauditus et q sūt sancti multum miraculo et noia illorum sctorū sunt ista: vz sanctus Donatus et sctūs Joānes os auratū. Et ego attestor diebus meis vidisse et presentialiter sepius videre quāplures gratias fieri ab ipsis sanctis mediātib⁹ eorum dulcissimis intercessionib⁹. Et ista sint ad solaciū. attamē ista facetia probat in. c. pauper. xi. q. iii. vbi tex. dicit paup dū non habz qd offerat in iudicio non solū audiri cōtemnit sed etiā cōtra veritatem opprimit. Cito violatur auro iustitia nullāq reus premescit culpaz quam redimere nummis extimat etc.
48 ¶ † Item dr inimicus titii ille qui est vel fuit detētus in vinculis ab ipso titio fm Bal. per tex. in. l. cuius. C. fami. hercis. Itē dicitur seu presumitur inimicus ille q aliquē nō osculatur in ecclesia dum datur pax fm Abb. in. c. cū super abbatia. de offi. deleg. in prin. ii. col. Itē inimicus dicit ille qui minat⁹ est mortē fm Jo. de ana. post alios i. d. c. cū oporteat in. iii. col. de accu. Quod tñ dicit ipe ibi fore limitañ. fm bal. in l. metū. ff. quod me. cā si ille minās erat consuet⁹ eius minas pducere ad effectum p ea que no. doc. in simili in. l. i. C. vnde vi. et in. l. vt vim. ff. de iusti. et iur. vel si minās erat potens ad illud faciēdū quod est no. ad. l. i. C. si quis imperat maledixerit: vbi ex dictis hoim facta pensamus etc. de quo ēt p Abba. in c. accedēs el. i. vt lit. nō ctest. et per doc.
49 in. l. lz. ff. de arbi. ¶ † Itē inimici dicuntur illi qui simul litigant fm do. An. et Abba. in. c. i. de iudi. quos refert et sequtur do. Alex. in. l. iii. in princ. ff. de testi. vbi dicit hoc intelligendū esse si lis est criminalis vel ciuilis magne quātita

Paupe

tis per tex. in auk. de test. §. si vero odio
sus in pn. ⁊ p alia ibi allegata de quo
50 etiā infra dicam. ¶ † Itē inimicus ticij
dicitur ille q̄ fuit expulsus ab ipso ticio
de domo ipsius ticij adeo q̄ non pote-
rit ɔtra eū testificare. ita no. dicit Bal.
in. l. lucius ticiꝰ testamēto. in. §. lucius
ticius dame. ff. de lega. j. per illum tex.
quē refert ⁊ sequit. d. Alex. in. l. testibꝰ.
51 ff. de testi. ¶ † Itē inimicus meus dicit
ille qui est inimicꝰ fratris mei vel socij
vel affinis mei s̄m bal. in. l. ɔsi. cccxvj. in
cip. presupposito ⁊c. in pn. in. iiij. vol. ⁊
Bar. in. l. tutor in. §. si tutor. ff. d̄ suspe.
tu. vbi dicit q̄ hoc tñ remittit arbitrio
iudicis: de quo ēt p d. Alex. in ɔsi. suo
xcix. inci. in cā inqsitiōis ⁊c. in. j. vol. per
eundē in. l. de pupillo in. §. si quis ipsi
ptori. ff. de ope. no. nū. in. v. col. vbi plu
ra ad hoc allegat de quo ēt per Cy. et
alios in. l. j. C. de rap. virg. ⁊ in. l. rapto
52 res. de epis. ⁊ cle. ¶ † Item dr inimicus
meus amicus inimici mei s̄m Cy. in. l.
si qs. C. de testi. ⁊ ibi bal. ⁊ bar. in. l. j. ff.
de legi. ⁊ Spe. in ti. de appella. §. j. v̄. si
vero appellat. ⁊ in tit. de citatione. §. j.
versi. item qd̄ sit. ⁊ voluit Alex. in ɔsilio
xcix. in. j. vol. ⁊ in. l. iij. ff. de testi. ⁊ alle-
gāt rōnem ad hoc vz q2 paria sunt esse
inimicū vel inimici amicū: pro quo est
53 no. glo. in. c. si inimicus. xciij. di. ¶ † Itē
inimicꝰ qs dicatur relinqtur arbitrio
iudicis s̄m Io. an. post glo. in. d. c. cum
oporteat. de acc. quē ibi sequunt doct.
⁊ Lu. ro. in rub. de arbi. in. xvj. q. vbi al
legat Inno. i. c. inqsitiōis d̄ accu. ⁊ hoc
ēt voluit bal. in auk. si dicat. C. de testi.
54 ¶ † Et aduertas q2 pdicta intelligun
tur de inimico nō capitali ⁊c. Et iō suc
cessiue modo querendū est de inimico
capitali. s. quis dicatur inimicus capi
talis. In quo dicas sit q̄ pluribꝰ mōis
dr inimicꝰ capitalis: ⁊ p̄rio dico q̄ ille dr
inimicꝰ capitalis ticij q̄ tz elꝰ vxorē seu
eiꝰ terrā s̄m bal. p istū tex. i. c. accedēs
el. ij. extra vt lit. nō ɔte. Itē dicunt capi
tales inimici illi iter quos ē cā crimina-
lis vel cā pecuniarie magne quātitatis
s̄m Bar. in. l. iij. ff. de testi. pro quo facit
quod dicit Bal. in. l. parentes. C. de te-
sti. vbi equiparat causam ciuilem ma-
gnā cause criminali. q̄ dictū refert ⁊ se
quitur Bar. in. c. testimonium in. j. col.
extra de testi. in repe. ⁊ in. c. querelam
de pcura. Et idē firmat Pe. de ancha.
in ɔsi. suo. xxvij. inci. rōnes inducte ⁊c.
circa fi. ⁊ in ɔsi. suo. lxiij. incip. in causa
que vertitur ⁊c. in. ij. col. Et p hac pte
facit optime dictū bal. in. c. ad nostrā.
in prin. extra de pba. vbi dicit q̄ in cau
sa ciuili ardua nō admittitur testis in
famis infamia facti q̄ ēt voluit ipse in
c. j. in pn. in ti. an remo. deb. testes i vsi.
feudo. q̄ ēt voluit barb. in. d. c. testimo
niū. allegādo Bald. vbi. ff. pro quibus
facit glo. in. l. j. C. de reis postu. li. x. et
glo. in auc. de teste. §. si quis in verbo
criminales ⁊ in verbo qōnes. ⁊ gl. in. d.
c. cū oporteat. in verbo inimicos. circa
me. de accus. Et vide Bar. in. l. iiij. in. §.
fi. ff. de adi. lega. vbi idē videtur dicere
qd̄ in. d. l. iij. ff. de testi. Et dicit etiā ibi
Bar. q̄ capitalis inimicus dicitur ille
q̄ occidit consanguineū vel affinē. ad
qd̄ allegat. l. lex cornelia. ff. de iniurijs
idē etiā dicit esse in accusante de capi-
tali crimine allegat. l. q̄ cū alio. ff. d̄ bo.
liber. d̄ quo ēt infra paulo post. Et sub
dit etiā idem esse in minante se aliquē
interfecturū. allegat glo. in. l. tz. ff. d̄ ar
bit. idem ēt dicit Ang. in cōsi. suo. cclxj.
incip. ponderañ. est pmo in. j. col. Dicit
etiā ipe Bar. in. d. l. iiij. §. fi. ff. de adi. le
ga. qd̄ inimicitia grauissima dr esse in
casibus in qbus dr fieri atrox iniuria
allegat. l. itē apud labeonē. §. atrocem
ff. de iniu. ⁊ §. atrox. insti. de iniu. Item
oritur etiā capitalis inimicitia ex ver-
bis iniuriosis. ita dicit Bal. in. c. veniēs
in fi. d̄ iureiu. p illū tex. qd̄ no. q2 his su
perioribꝰ diebus euenit mihi in facto
in cā satis vrgenti ⁊ p hac parte iudi-
catum fuit. Itē oritur ēt capitalis ini-
micitia eo ipo q̄ quis offendit aliquē
in psonam vel in rebus s̄m Bal. in. l. in
his. §. j. ff. solu. ma. Item orit etiam ini
micitia capitalis vbi mouetur qd̄ d̄ sta
tu vel de bonis omibus aut de maiori
parte bonorum: ita probatur. in. c. fre-
quens extra de resti. spo. ita dicit Bal.
in. d. l. altere. §. dat remissionē. qd̄ etiā
voluit glo. preallegata in. d. l. auc. de

teste.in.§.si qs ꝟo.inverb.qões.ꝛ i.d.c.cũ oporteat.in ꝟsi.inimicus.Itẽ inimicus capitalis dr ille qui accusauit d crimine capitali vt supra dixi vt voluit Bar.in.d.l.iiij.§.fi.ff.de adi.leg. quod etiã voluit glo.in.l.ʒ aũt.ff.de arbi.et Abb.i.c.accedẽs.vt lit.nõ ɔte.ꝛ voluit glo.insti.de excusa.tu.in.§.itẽ si ꝑpter in ꝟbo si capitales.ꝛ etiã ꝑ Bar.in.l.j.de his qbus vt indig.ꝛ in.l.iij.in ꝑn.supra de testi.ꝛ per doc.in.l.liberti.C.de inoffi.testa.

55 ¶†Item inimicus capitalis ticij dr ille q vulnerauit ipsum ticiũ in faciẽ:ita dicit do.Alex.i ɔsi.suo.xcix ꝑallegato incip.i cã inqsitiõis.in.j.col.in.j.vol.vbi ad hoc plura allegat. Et vltra ꝑdicta qs dicatur inimicus capitalis si vis videre latius vide bar.i.d.l.iij.supra de testi.ꝛ in.d.§.dat remissionem.ꝛ doc.in.d.l.ʒ.supra de arbi.ꝛ in d.c.cũ oporteat.ꝛ in.d.c. repellantur.ꝛ in alijs locis spurius allegatis ꝛc.

56 ¶†Modo his visis ꝑ cõplemẽto hui9 materie inimicoꝝ seu inimicitie scias ꝙ plures sunt effectus inimicitie.Naʒ inimicitia est sufficiẽs indiciũ ad torturam ꝭm Spec.in titu.de ꝑsumptionib9 in.§.species.ꝟsi.sed pone.p. minat9 est t.vbi dicit ꝙ si reperiẽ qdam mortuus ꝛ nesciẽ a quo fuerit mortuus si probatur ꝙ titius erat inimicus suus ꝛ erat offensus ab illo mortuo ꝙ ex hoc ille titius inimicus suus poterit poni ad torturã sine alijs indicijs:qd dictũ refert ꝛ sequiẽ Lu.ro.in.d.l.j.§.hoc rescriptũ ff.ad sillania.dicens illud dictũ Spe. ꝑcedere in inimico capitali secus autẽ in alio inimico.qd dictũ etiã refert ꝛ sequitur Ang.de are.in trac.maleficioꝝ in verbo fama publica.in.vij. ver. qro qd si reperiatur.ꝛ Ang.i.l.fi.in pe.col. C.eo.ꝛ est de mẽte Bar.i.l.fi.in pe.col. ff.eo.ꝛ.d.Lau.calca.in consi.suo. lxxij. incip.in christi saluatoris ꝛc.in.iiij.col. ¶Mihi aũt nunꝙ placuit illud dictuʒ Spe.ꝛ sequaciũ etiã si solũ loquamur de inimico capitali sʒ semper reputaui illud dictum nimis ꝑiculosum et iniustum.ꝛ ideo dico ꝙ illud dictum nõ est tenendũ pluribus rõnibus.ꝛ primo qꝛ cõtra illd dictũ tenuit Sandy.in trac. maleficioꝝ sub rubrica. de ꝑsumptionibus ꝛ indicijs indubitatis quib9 plerũqꝫ ꝑceditur ad tormenta.in.v.col.in ꝟsi.qꝛ rõ iũcto ꝟsi.seqnti vbi dicit ꝙ ad hoc vt inimic9 possit torqri necesse est vt cũ inimicitia ɔcurrat fama alˀs ꝑ solã fama nõ ɔcurrente inimicitiã nõ poterit reus torqueri.ecce ergo ꝙ ista duo simul requiruntẽ nec alterũ eoꝝ tm̃ sufficit ad torturã ergo ɔtra spe. ꝛ sequaces.Item pro hac ꝑte ꝙ nõ sufficiat sola inimicitia ẽt capitalis ad ponenduʒ aliquẽ ad torturã tenuit Ia.d belui.vt refert Io.de imo.i.l.fi.ff.de here. insti.

57 ¶†Preterea ɔtra dictã doctrinã Spe. ꝛ sequaciũ facit.nã lʒ vn9 testis omni exceptiõe maior faciat indiciũ ad torturã.vt no.gl.in.l si qs.C.ad.l.iul.maiestatis.et voluit bart.in hac.l.j.§.ij.ꝛ in.l.marit9.ꝛ in.l.pe.ff.eo. de quo etiaʒ habeẽ in.l.capite qnto.ff.de adul. et ꝑ Ang.are.in trac.malefi. in ꝟbo fama publica.in.ij.car.ver.qro an vnuʒ ꝛc. Attñ hoc est verũ qñ ipse testis deponit super ipso maleficio:secus autẽ qñ vnus testis tm̃ etiã oi exceptione maior deponit sup aliquib9 remotis ꝛ mediatis ab ipso maleficio: qꝛ tunc talis testis solus non facit indiciũ ad torturam sʒ opus est vt tale remotũ ab ipo maleficio ꝑbetur ad min9 ꝑ duos testes. Ita voluit gl.singu.apud oẽs in l.fi.C.fami.her.quã bar.ibi multum exclamat ad hoc.ꝛ idẽ voluit bar.ꝑ illam gl.in.l.fi.ff.eo.ꝛ in.l.admonẽdi.in xj.col.ff.de iureiuran.ꝛ Cy.in.l.iij.C. ad.l.iul.maiesta.ꝛ bal.in.l.ij.in.j.colũ. C.quoꝝ appel.nõ recip.et bal.in cõsi. suo.xcvij.incip.an mãdatarius.añ fi. in.v.volu.ꝛ in.l.si quis ex argẽtarijs. in.§.ꝙ si plures.ff.de edẽdo. ꝛ ang.in l.fi.ff.ꝙ metus causa.ꝛ in auẽ.de testamẽtis imperfectis.in prin.in.ij.col.versi.ꝛ nota diligẽter Saly.i.l.fi.C.eo. de questio.ꝛ Ange.de are.in trac.maleficio.in verbo fama publica.in.ij.car.ꝟ. quero qualiter ꝑbeẽ indiciũ. Innocẽ. in.c.sicut.el primo.extra de symo. Alexan.in consilio decimooctauo. incipiẽte viso processu.in vltima col.in primo volumine.ꝛ in consilio.ccxxiiij. secũdũ

ord. meũ qđ incip. viso pcessu. in. ij. col. ⁊ in cõsi. suo. cl. incip. in cã lit. in. vl. col. in. v. vol. ⁊ d. Bart. cepo. in cõsi. suo. xl. incip. Lucius in. iij. car. in vlt. col. Sed inimicitia ẽt capitalis est qd remotuz ab ipso maleficio homicidij vt de se pz ergo ipsa sola nõ faciet indiciũ ad torturaz sicut vt dixi ipse solus testis depones super aliquib⁹ remotis à maleficio non facit indiciuz ad torturã sed etiam necesse est vt secum cõcurrit alι⁹ testis ita est necesse vt aliud cõcurrat cum ipsa inimicitia. Preterea cõsiderãdum est q̃ si esset verũ dictũ Speculatoris ⁊ sequacium sequeretur vnũ absurdum ⁊ inconueniens mirabile qđ esset in potestate vni⁹ tertij facere quẽ torqueri ⁊ quandoq̃ decapitari: nam si inter me ⁊ titium est capitalis inimicitia ⁊ inter me ⁊ gayũ est similiter inimicitia capitalis ⁊ ipse gayus velit me offendere via indirecta posset secreto modo interficere ipsuz titiũ mihi inimicuz capitalẽ: quo interfecto si nescireť a quo ego possum torqueri ⁊ propter acerbitatem doloris torture forte confiterer eũ interfecisse ⁊ sic licz essem innocens punirer pena mortis cõtra. l. absentem. ff. de penis. ⁊ l. sancimus. C. eo. cuz si. quod nequaquã est dicendũ ⁊ ideo ex istis omnibus teneo indubitanter illã doctrinam Spec. ⁊ sequac. non esse veram ⁊ nõ esse sequẽdã incõtingentia facti quod nota. perpetuo.

58 ¶ † Alius est etiaz effectus inimicitie. Nam capitalis inimicitia facit presumi mandatũ de interficiendo processisse si ille capitalis inimicus cum interfectore ⁊ delinquente ante delictũ commissuz ad aurẽ plane seu submissa voce fuerit locutus: ita singulariter dicit Bal. in. l. j. in. iij. col. C. de ser. fug. allegat. in ar. no. p Bart. in. l. si quis mihi bona. §. sed qd si mandauit. ff. de acquir. here. qđ dictũ refert ⁊ sequiť do. Alex. in consi. suo. lxix. incipi. visa facti narra. in. ij. col. in. ij. vo. vbi dicit qđ idẽ dicit bar. in. l. si vẽtri. §. fi. ff. de priuilegi. credi. ⁊ bal. in. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. de quo dicto bar. ibi ⁊ sequaciuz dixi in repetitiõe mea.

59 l. fi. C. de pbatio. in. xix. car. ¶ † Alius est effect⁹ inimicitie. Nã legatũ factuz alteri reuocať ppter superuenientem inimicitiã. tex. est ⁊ ibi glo. ⁊ Bart. in. l. iij. in fi. ff. de adimẽ. legatis ⁊ in. l. si inimicitie. ff. de his quibus vt indignis. quod tñ est intelligendũ vbi inimicitia venit facto legatarij. secus si nõ facto suo q2 tũc nõ reuocať ꝑm bar. in. l. qm̃ §. j. ff. de his q̃bus vt indig. ⁊ Lu. ro. i l. si ab hostib⁹ in fi. iij. col. ff. so. ma. ⁊ in singlr̃i suo. cxcviij. incipi. tu habes ⁊c.

